



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

De requisitis ætatis confirmationis, natalium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

si quis. si. distinct. Ang. verb. irregularitas. num. 55.

7. Ab Episcopo Hæretico Apostata excommunicato, suspenso interdicto Simoniacò declarato vel intruso ordinati, licet characterem recipiant, ad superiores tamen ordines non sunt promovendi, & in susceptis absque dispensatione ministrare non possunt. *cap. gratia. cap. si qui. & seq. c. constat multos. i. q. i. Arm. verb. irregularitas. num. 78. ubi distinguit de talibus, nimirum si id fecerint scienter, non nisi per Papam esse dispensandos, si vero ignoranter vel metu cadente in constantem, posse cum illis per Episcopum dispensari. Ordinati autem ab hæretico qui non fuit Episcopus, ultra*

id quod sunt inhabiles ad ordines, etiã illa ordinatio nullum ipsis impressit characterem: ita quod si ex gratia Papæ fuerint dispensati, iterum debeant ordinari. *cap. Dasbertum. & seq. i. quest. 7.*


Ipsi etiam ordinandi dum fuerint excommunicati, suspenso, ordinari non debent. *Nau. lo. cit. Ang. lo. cit. num. 22. Similiter & violatores interdicti Ecclesiastici, si illud violent in ordinibus existentes actum aliquem ordinibus deputatum exercendo, ad superiores ordines promoveri non possunt. Si autem violent interdictum dum sunt laici, licet peccent, non tamen incurrunt prohibitionem ab ordinibus*

*Nau. lo. cit. nu. 243.*

## ARTICVLVS IV.

### Derequisitis ætatis, Confirmationis, Natalium.

- 1 **A**etas qua requiratur in ordinandis.
- 2 Ordinatus ante ætatem competentem quas pœnas incurrit.
- 3 Ordinatus ad minores ante ætatem non incurrit pœnas Const. Pj. II.
- 4 Parentibus attestantibus de ætate filij creditur.
- 5 Sacramentum confirmationis necessarium ante susceptionem ordinum.
- 6 Illegitimi ordinari non possunt.
- 7 Illegitimus occultè debet obtinere dispensationem ad ordines.
- 8 Parentum confessio an præiudicet filijs.
- 9 Illegimitas Canonica non civilis attenditur quoad ordines.
- 10 Legitimus per Principem secularem non efficitur habilis ad ordines.
- 11 Legitimus per subsequens matrimonium, quomodo possit ordinari.
- 12 Regulares dispensari possunt in illegimitate per suos superiores.
- 13 Papa dispensare potest ad omnes ordines cum illegitimo.
- 14 Episcopus dispensare potest ad minores tantum cum illegitimo.
- 15 Infantes vulgò expositi, an sint ordinandi sine dispensatione.

 Ordinandi præterea non sunt qui nõ habent ætatem requisitam. Quæ prohibitio non est quidem de necessitate Sacramenti Ordinis, nã quoad hoc nulla ætas

certa requiritur. *Hofst. in sum. cit. de temp. ord. num. 31. S. sed & præter. Arm. v. atas. num. 1. sed tamen est de necessitate præcepti. authores cit. Est autem ætas requisita quoad primã tonsuram, & tres pri-*

mos

1. mos minores annorum ad minus septē, ad Acolytatum annorum duodecim. c. in singulis. 77. dist. cap. nullus. de temp. ord. in 6. & est moderanda ætas in hisce ordinibus ex præscripto iuris communis, siquidem nihil circa eam est innouatum, præsertim à Conc. Trid. vt declarat Sac. Cong. interpretum. Conc. his verbis.

Cong. Conc. respondit nullam esse à Trid. Conc. præstitutam ætatem iõsura & quatuor minoribus ordinibus, sed eam attendendam quæ à Sacris Canonibus præscribitur.

De reliquis verò ordinibus post iura antiqua disposuit. Conc. Trid. cit. sess. c. 12. de ref. assignando ad Subdiaconatū annos viginti duos, ad Diaconatum annos viginti tres, ad Præbyteratum annos viginti quinque: & sufficit quod annus sit incæptus, præterquam in Episcopatu, in quo requiritur annus trigessimus completus. c. cum in cunctis. iun. gl. de elect. Clem. generalem. de at. & qual. Host. cit. in sum. eo. tit. num. 1.

2. Pœna autem ante ætatem requisitam ordinari sese facientium est, quod ipso facto efficiuntur suspensi. cap. vel non est compos. de temp. ord. & extat ordinatio Pij II. quam hic propter frequentem eius vsum inferendam duximus, vt sequitur.

Cum ex Sacrorum ordinum collatione character inuisibilis anima imprimitur, sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum, in eorum susceptione excessus graues tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cum itaq; sicut fide dignorum relatione non nisi mol. stè accepimus, nonnulli Clerici extra tempora à iure statuta, qui-

dam ante ætatem legitimam, aliqui verò sine dimissorij literis contra sanctiones Canonicas se faciant ad sacros ordines promoueri. Nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, vt alijs in posterum cõmittendi similia aditus præcludatur, auctoritate Apost. præsentis cõstitutione perpetuo valitura statuimus & ordinamus, quod omnes & singuli qui absque dispensatione Canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta siue ante ætatem legitimam, vel absq; dimissorij literis, etiam Citramontani à Citramontanis, (præterquam si in hoc vltimo casu per Cameram Apostolicam iuxta ipsius stylū ordinati fuerint) ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri, à suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint. Etsi huiusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus ministrare præsumserint, eo ipso irregularitatem incurrant; præterea vltra alias pœnas, in tales generaliter à iure inflictas, beneficij Ecclesiasticis quæ obtinent possint iure priuari. Volumus autem quod præsens nostra cõstitutio, in Rom. Curia existentes post quindecim dies, absentes verò Italicos post duos menses, alios verò Ultramontanos post sex menses ab ipsius inaudientia contra dicturum, & Cancel. Apost. publicatione & affixione ligare incipiāt. Nulli ergo & c. Dat. Romæ. anno Incarn. 1461. 15. Kal. Decemb.

Et hæc suspensio durat non tantum ad ætatem superuenientem, sed perpetuo donec absolutio subsequatur. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 6. Rebuff. in prax. in Reg. de Cler. male prom. glo. 4. num. 3.

Ad minores tamen ordines si quis ordinetur contra ordinationem præmissam

3. Tam ante ætatem debitam, non incurret suspensionem huius extrauag. *Rebuff. lo. cit. in prax. glos. 2. num. 11. & glos. 3. Nau. lo. cit. cap. 25. nu. 70. & cons. 18. 25. de temp. ord. in antiq. vbi dicit hoc teneri communiter.* De Episcopo verò ordinante ante ætatem debitam, cum neque Conc. cit. neque dict. Pij. II. extrauag. quicquã disponant, recurrendum erit ad iura antiqua, vt videlicet sic suspensus à collatione ordinum quos contulit. *cap. vel nõ est compos. de temp. ord. cap. fin. eo. tit. in 6. & quomodo iucoriat irregularitatem violando hanc suspensionem, consuli potest Franch. in cap. 1. S. sciturus. num. 4. de re. iud. in 6. Maiol. de irreg. lib. 1. cap. 30.* Et quali ignorantia excusetur à suspensione tradit *Ioan. Andr. in cap. 2. lo. cit. in 6. Io. Mon. Gem. 16.*

4. Creditur autem in materia ætatis dicto parentum vel testium. *l. de atate. ff. de minoribus. Rebuff. de lit. prime tons. num. 13. in prax. & quot modis probetur ætas, videri potest Menoch. de presumpt. presumpt. 51. Mascard. de probat. conclus. 667. & seq.*

5. Ordinari item prohibetur, qui Sacramentum confirmationis prius non susceperit. *Cõc. Trid. cit. sess. 23. c. 4. de ref. ad hoc. Sot. in 4. dist. 14. quest. 1. art. 4. Victor. cit. de Sacram. ord. num. 232. Nau. in m. in. cit. 27. num. c.*

6. Requiritur præterea in ordinando, vt non sit illegitimus. *cap. 1. de fil. presb. & tales dicuntur, qui ex parentum coniunctione Sacris Canonibus reprobata nascuntur: de quorum diuersitate plura Host. in cit. sum. tit. qui fil. sint legit. Ang. verb. filius. Nau. lo. cit. a. num. 19. dum tractat de impedimentis matrimonij, ratione quorum, vltra conceptos ex adulterio, incestu, fornicatione, sequitur prolis illegitimitas.*

7. Ampliatur hoc requisitum vt proce-

dat etiam in illo qui secretè scitò se esse illegitimum, quo ad forum enim conscientie ordines suscipere non deberet, nisi obtenta dispensatione, quam tamen sufficeret obtinere secretè. *Abb. in cap. nisi. num. 16. de renunc. Nau. in man. cit. cap. 27. num. 201. licet non teneatur credere matri dicenti eum esse ex adulterio conceptum. Abb. in c. per tuas. nu. 4. de propr. & communiter. D. D. in l. si vicinis. c. de nuptijs. imò etiam si ambo parentes negarèt eum esse suum filium, non teneretur stare ipsorum assertioni, dummodo probare posset aliquibus argumentis se esse filium, vt apertè *tex. in c. transmissa. qui fil. sint legit. iun. glo. & l. si posthumus. §. si quis ff. de li & posth. l. Lucius. ff. de condit. & demonstr. Bart. & alij comm. in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.* quo casu sufficere probationes præsumptiuas, vult *Dec. in Rub. de prob. num. 162. Patris enim dictum filio non præiudicat. l. 1. ff. de Carb. Edict. neque matris. l. imperatores. ff. de probat. Abb. in c. officij. num. 3. de pœnit. & remiss. Quinimò nec iuramentum matris hoc casu noceret filio *arg. l. ait prætor. ff. de iureiur. Host. in sum. de assert. iuram. num. 5. nisi concurrat reputatio illegitimitatis, educatio extradomum adulteræ, tractatio non filialis, fama vicinæ cum confessioe Patrum, his enim concurrentibus tollitur iuris præsumptio. Paul. de Castr. cons. 115. Alex. cons. 88. vol. 7. & ita declaratum fuisse. l. miles. §. defuncto. ff. ad l. Iul. de adul. In Rot. Rom. in vna Placentia. coram Sarnen. de mense Mart. 1538. refert Mohed. decis. 19. aliàs l. tit. qui fil. sint legit. Econtra confessio parentum in fauorem prolis multum prodest. *arg. l. 1. S. Iulianus. ff. de lib. agnoscen. & statuer hoc casu confessio parentum, donec contrarium probetur. gloss. in c. Michael.****

de fil. presb. Bald. in l. non epistolis. C. de probat. in 2. not. concurrentibus nimirum adminiculis, vt tractationis filialis, præstationis alimentorum, vt communiter DD. præsertim Ant. de Butr. Aret. Dec. in cit. cap. per uas. qui fil. sint legit. Bart. in l. 1. §. idem per contrarium ff. de agnoscen. & alen. lib. Ias. conf. 107. vol. 4. Duen. Reg. 342.

9. Ampliatur Secundo: vt procedat etiam si natus esset quis ex matrimonio licito secundum ius ciuile, secundum canones verò prohibito: in ordinibus enim legitimitas Canonica est attendenda non ciuilibus. cap. per venerabilem. qui fil. sint legit. Hoff. in sum. eodem tit. sub. num. 11.

10. Ampliatur & vltimo: vt huiusmodi illegitimi ordinari non possint, etiam si legitimentur per Imperatorem seu alium Principem sæcularem non recognoscentem superiorem, vel per aliquem ab eis potestatem habentem, vt per Comitum Palatinum: legitimatio enim huiusmodi nõ suffragatur quoad spiritualia, sed tantum quoad sæcularia, idque in terris tantum illius qui legitimat. c. lege. dist. 10. Abb. in cap. per venerabilem. cit. a. num. 24. & in cap. cum te. num. 17. de sent. & re. iud. Nau. conf. 5. de fil. presb. in antiq. Ang. v. legitimatio. nu. 4. & differunt multum inter se legitimatio & dispensatio, quoad spiritualia. Dec. in cap. at si Clerici. §. de adulterijs. num. 93. de iudic.

7. Limitatur autem primo: vt non habeat locum in natis ex soluto & soluta, qui postmodum legitime contraxerunt. filij enim ante nati legitimentur per hoc subsequens matrimonium, & sunt habiles ad ordines. cap. tanta. qui fil. sint legit. Abb. ib. si nimirum eo tempore quo geniti fuerint, nullum adfuerit impedimentum ad contrahendum matrimo-

nium, alioquin si tum adfuerit impedimentum, licet tcontrahentes postea dispensentur super impedimento ad effectum contrahendi & contrahant, filij tamen ante nati manebunt illegitimi, nisi in dispensatione cum illis quoque expresse dispensetur. Ang. lo. cit. num. 7. vbi Ioan. And. Abb. in c. per venerabilem. cit. tenentes contrarium, dicit intelligi debere de matrimonio stante impedimento contracto, & in eo prole suscepta, natum si postmodum tollatur impedimentum per dispensationem, dispensatio hæc retrahatur quoad filios ante genitos. arg. l. cum decem mihi. ff. de solut. secus de illis qui suscipiunt filios absque matrimonio stante impedimento, nam in talibus dispensatio non retrahatur ad filios; sicut etiam non retrahatur ad conceptos in adulterio, licet matrimonium postmodum subsequatur. cit. cap. tanta. qui fil. sint legit. Nau. conf. fin. de secund. nup. in no.

Sublimitari etiam debet limitatio præcedens, vt si illegitimus ordinetur, & ex post facto ipsius parentes contrahant, licet ipse legitimetur per hoc subsequens matrimonium, ordinum tamen susceptio non conualidatur, sed est necessaria dispensatio. Vinald. de irreg. num. 129.

Limitatur secundo: dictum principale vt non procedat in casu, cum parentes stante impedimento contraxerunt præmissis denunciationibus & solemnitatibus debitis, prolemque susceperunt, sed impedimentum alter eorum, seu vterque ignorauit, proles enim sic suscepta censetur legitima & est habilis ad ordines. c. cum inter. c. referente. c. ex tenore. qui fil. sint legit. & in tantum quidem, quod etiam si lite iam mota ante sententiam concipiatur proles, & propter impedimentum vir & mulier separ-

rentur

rentur postmodum, adhuc ista proles gaudebit iure legitimitatis. *c. cum inter. c. ex tenore. iun. gl. v. legitimum. Abb. ibid. num. 3.*

Limita tertio in illis quorū parentes in infidelitate existentes in gradu Canonibus prohibito contraxerunt, sic enim nati post conuersionem legitimi reputantur, & ordinari possunt, nisi ex alia causa prohibeantur. *c. fin. loc. cit. Host. in sum. ib. nu. 11.*

12. Limita quarto in illegitimis ingredientibus Religionem, iura enim Religionis fauore cum talibus dispensarunt. *c. 1. de fil. presb. Et licet Sixtus V. constit. sua incip. Cum de omnibus. de an. 1587. publ. die 27. Nouem. prohibuerit illegitimos ad Religionem recipi, eam tamen prohibitionem postmodum Gregorius XIV. alia sua constit. incip. Circumspecta. de an. 1590. Ibid. Mart. relaxauit, permittens arbitrio superiorum Regularium susceptionem illegitimorum ad statum Regularem.*

13. Limita quinto ad legitimatos per Papam, vel ab eo potestatem habentem, Papa enim legitimare potest quo ad omnes ordines, cum & possit dispensare in omnibus quæ sunt inducta iure positivo, ut communiter tenent. *DD. in cit.*

*c. per venerabilem. qui fil. sint legit. Episcopus autem dispensat quoad minores tantum ordines, & simplex beneficium. cap. 1. de fil. presb. in 6. ut dicemus paulo infra.*

Limitatur vltimò ut non procedat in infantibus vulgo expositis, isti enim præsumuntur pro legitimis & possunt ordinari. *c. cum deputati. de iudic. ibiq. Felin. num. 10. In dubio enim semper pro fauore proli iudicatur. c. ex tenore. cit. qui fil. sint legit. Quin imò tales etiam si essent de seruilis conditione, consequuntur plenam libertatē. l. nemini. C. de Episc. aud. l. 3. & vl. eo. de infant. expos. cap. si expositis. 87. dist. iun. gl. c. vn. de infant. expos. ibiq. Anan. Gab. c. Pallest. de spurys. c. 63. à nu. 3 ad finem. vbi hanc sententiam multis probat, & communē esse testatur. Host. quoq. in sum. tit. cit. qui fil. sint legit. num. 8. refert eandem sententiam, licet magis inclinet in contrariam, ex ratione quod vulgo non exponantur nisi illegitimi, quod eo magis verum esset, si ex aliquibus coniecturis appareret expositū fuisse illegitimum. Et hæc Host. opinio tutior magisque practicitur, prout vidi sæpius in similibus expediri dispensationes in Romana Curia.*

## ARTICVLVS V.

### De honestate vitæ & morum in ordinandis requisita.

- 1 Infamis ordinari non potest.
- 2 Infamia quotuplex sit & quomodo contrahatur.
- 3 Arbitri sententia non inducit infamiam.
- 4 Seruitus qualis impediat ordines.
- 5 Homicidium quomodo inducat irregularitatem.
- 6 Iudex infligens pœnam mortis incurrit irregularitatem.